Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum S. Francisci Borgia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53072

Visual Library

ciſcus *Humilis* in vita jacuit. II. Franciſcus *Mirabilis* poſt mortem ſtat. III. Franciſcus *Glorioſus* in cœlo ſedet.

Humilitas. THESIS VII. *Simplex & Rectus, ac timens Deum.* Job. 1. v. 8. I. Inter Sanctos non eſt reperire, qui oblatos honores tanta *Modeſtia* recuſavit. II. Qui tam magna operatus eſt tanta *Simplicitate*. III. Qui vilibus hominibus tanto *Gaudio* inſervijt, ac Franciſcus. *Diction. Apoſt.*

THESIS VIII. *Chriſto confixus ſum cruci.* Gal. 2. v. 19. I. Imago Crucifixi in Franciſco Renovata. II. In Franciſco Conſervata. III. In Franciſco toti mundo Communicata.

FESTUM S. FRANCISCI BORGIA.

Contemptus Mundi. THESIS I. *Fecit enim mirabilia in vita ſua.* Eccl. 31. v. 9. I. S. Fran-

Franciſcus Borgia in medio dignitatum & honorum vixit illorum inimicus. II. S. Franciſcus Borgia in dignitate & honore mortuus eſt illorum Victor.

THESIS II. *In vita ſua fecit monſtra.* Eccl. 48. v. 15. I. Vita ipſius in mundo prorſus Miraculoſa. II. Vita ipſius in Eccleſia omnino Apoſtolica. III. Vita ipſius in Religione verè Angelica. *Vita Sancta.*

THESIS III. *Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra.* Gal. 4. v. 6. Super S. Franciſco requievit Spiritus Chriſti, & quidem I. Spiritus Contemptûs reſpectu bonorum hujus mundi. II. Spiritus Amoris reſpectu hominum. III. Spiritus Odij reſpectu ſui ipſius. *La Selve feſto S. Franc. Seraph.*

THESIS IV. *Zelatus eſt pro Deo ſuo.* Num. 25. v. 13. I. Zelus ipſius, cùm ageretur de ſatisfactione Deo facienda, effecit, ut nullæ eum Mortificationes terrerent. II. Ut, cùm de Converſione peccatorum res eſſet, nullæ eum Reſiſtentiæ retinerent. III. *Zelus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ut, cùm pro defenſione Eccleſiæ ageretur, nullæ Perſecutiones ipſum frangerent. *Diction. Apoſt. verbo Generoſus.*

Laus. THESIS V. *Dans gloriam Deo.* Rom. 4. v. 20. I. Fuit *Sanctus*, qui per homagia ſibi tanquam Principi facta cognovit homagia Divinæ Majeſtati a ſe facienda. II. *Sanctus*, quem Dignitates, & Ratio ſtatûs non impediverunt ab exercitio Chriſtianæ Humilitatis. III. *Sanctus*, qui dignitatem Natalium ſuorum, & ſummos gradus magnitudine Virtutum ſuarum illuſtravit, & exornavit. *ibid.*

THESIS VI. *Glorificavit eum gloria magna.* 1. Mach. 14. v. 29. S. Franciſcus Borgia I. Fuit Terror Mundi. II. Fuit Conſolatio Eccleſiæ. III. Fuit gloria Religionis, ſeu Societatis JESU.

Contemptus Mundi. THESIS VII. *Omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam* Philipp. 3. v. 8. S. Franciſcus Borgia fuit I. Contemptor Mundi. II. Contemptor ſui. III. Contemptor ipſius Contemptûs.

THESIS VIII. *Tu honorificentia Populi noſtri, quia feciſti viriliter.* Judith. 15. v. 10. Non ſatis eſt, quòd S. Ignatius Societatem fecerit *Sanctam*, *Sapientem*, & *Bellicoſam* ſicut Eccleſiam Dei; Neque ſatìs eſt, quòd S. Xaverius eam effecerit *Apoſtolicam*, *Univerſalem*, *Miraculoſam*, & *Triumphantem* ſicut Eccleſiam Dei; decuit, ut S. Franciſcus Borgia eam redderet *Auguſtam*, *Immortalem*, & *Immenſam* ut Sponſam JESU Chriſti. I. Eccleſia eſt *Auguſta*, quia ut abſoluta Domina in Cœlo, ſuper terram, & in inferno imperat; S. Franciſcus Borgia primus Vice-Rex Societatem quaſi Regiam efficit, & ei coronas affert. II. Eccleſia eſt I*mmortalis*, quia filij ejus perpetuò ſibi ſuccedunt, & ſubſequuntur: S. Borgia Societati nova fundat, & erigit Collegia, ne filij Societatis deficiant. III. Eccleſia eſt *Immenſa*, quia omnis conditionis, & ſtatûs homines complectitur; S. Borgia Societatem ad bonum omnis conditionis, ſortis, & ſtatûs hominum extendit. *Durand. Character. Sanctor.*

Merita in Societatem.

FE-